

ANDREAE
VESSALII BRUXELLENSIS,
PHILIPPI HISPANIARVM
REGIS, MEDICI,
CHIRURGIA MAGNA
in septem libros digesta:

*In qua nihil desiderari potest, quod ad perfectam,
atque integram de curandis humani corporis
malis, methodum pertineat.*

Ab Excellen. Philosopho, ac Medico Regio, PROSPERO
BORGARVIO, recognita, emendata,
ac in lucem edita.

*Forma etiam instrumentorum, quibus Chirurghi utuntur, his in libris
apprime descripta sunt.*

Cum amplissimis Indicibus tum capitum: tum rerum
omnium memorabilium.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Ex officina Valgrifiana.
M D LXIX.



NOBILISSIMO

AC EMINENTISSIMO

IACOBO ANTONIO CORTUSIO

PATRITIO PATAVINO,

ET IN ARTE MEDICA

ERV DITISSIMO,

PROSPERVS BORGARVTIVS

Philosophus & medicus Regius

S. P. D.



Agna semper fuit medicinae dignitas, magnaque apud omnes gentes auctoritas. Cum enim scientiarum omnium nobilissima antiquissimaque semper sit habita, ita culta est & à regibus, & à sacerdotibus, & à philosophis, & ab ijs denique, qui ingenij acumine cæteris longè præstiterunt (nobilissime, ac doctissime Cortusi) ut minimè mirabile sit, si ad altissimum quoddam fastigium, summumque gradum euecta fecit, ut qui eam castè, pureque colerent, eximijs præmijs, singularibusque honoribus cohonestarentur. Itaque cum sit tota diuisa in partes tres, ut vna medicamentis, altera victus ratione, tertia manu curare existimeretur;

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS

CHIRVURGIAE MAGNAE.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

CAPITULA LIBRI PRIMI.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA



ETHODVS vniuersæ chirurgiæ, eiusq;
definitio, & partium medicinæ distribu-
tio. pag. 1

De chirurgi delectu, natura & mori-
bus. cap. 1. pag. 18

De ossibus, & cartilaginibus, seu ijs quæ corpus sufful-
ciunt partibus. cap. 2 pag. 19

De ossium ac cartilaginum ligamentis & musculis arbi-
trarij motus instrumentis. cap. 3. pag. 23

De organis nutritioni quæ ex cibo potuq; fit famulã-
tibus. cap. 3. pag. 34

De corde, ac organis ipsius functioni subministranti-
bus. cap. 4. pag. 40

De cerebro, & organis cerebri officiorum nomine ex-
tructis. cap. 5. pag. 44

De organis speciei propagandæ famulantibus. cap. 6.
pag. 49

De externis humani corporis sedium, partiumve citra
dissectionem occurrentium appellationibus. cap. 7.
pag. 51

De luxatis ossibus in vniuersum. cap. 8. pag. 55

De ratione curandi maxillam luxatam. cap. 9. pag. 60

De spina luxatæ curatione. cap. 10. pag. 61

De humeri luxati cura. cap. 11. pag. 63

c De

ANDREAE VESSALII
BRUXELLENSIS,

PHILIPPI HISPANIARVM
REGIS MEDICI,
CHIRURGIAE MAGNAE,
hoc est de curandis humani corporis malis.

LIBRI SEPTEM.

QUORVM PRIMVS EST DE OSSIB.
LUXATIS REPONENDIS.

Methodus vniuersae chirurgiae, eiusq; definitio,
& partium medicinae distributio.



AVD immeritò Galenus
ad iustum de partibus artis
medicinalis, opus conscri-
bens, appositè illum dubi-
tasse sibi videri affirmat,
quæ nam, & quæ essent me-
dicæ artis partes, alijs ali-
ter eas scribentibus. Vt qui-


dam in φαρμακωτικῶν, διαητικῶν, καὶ χει-
ρουργικῶν artem secarent. Non nulli, curatricem,
sanitatis conseruatricem, tum & præseruatiuam;
quas Græci ὁρατωρικῶν, ὑγιεινῶν, προφυ-
λακτικῶν, vocare consueuerunt, præcipuas esse
medicinæ partes astruebant, adiicientibus alijs, re-
sumptiuam, euectiuam, & gerocomicam, senum

Medicæ ar-
tis partes,
quæ sint.

A

nempe

Figura oſium corporis humani
ex altero latere.



Andree

ANDREAE VESSALII BRUXELLENSIS,

HISPANIARVM REGIS

PHILIPPI ETC. MEDICI,

CHIRVURGIAE MAGNAE,

LIBER SECVNDVS.

DE FRACTVRIS.

Quid sit Fractura, quæ eius differentia in vni-
uersum, deq; earum causis, signis,
ac iudicijs. Cap. I.



*V*n fractura ossium quoque
aduersa quædam valetudo
manifestè appareat, ac ma-
gis extrinsecus per gradus
quosdam esse dicatur, quàm
luxatio, quæ articulationi-
bus tantum ossium occurrit,

et ipsamet fractura in quacunque ossis sede contin-
gat, iccirco de ipsa hoc loco, vno relicto Hippocra-
tis ordine, qui quidem luxationibus fracturas ante
posuit, pertractare consentaneum visum fuit, ab
eiusmodi definitione initio nostro suscepto. Est autē
fractura, Galeno lib. vi. meth. med. attestāte, omnis
vntionis, siue continuitatis, quæ in osse fit, solutio,
Græcisq; proprio nomine *κλάσις* dicitur. Vel est
ossis diuisio, vt Paulus voluit, aut ruptura, aut præ-
cisio,

Fractura
quid.

And. Vessalij chirurgiæ

*cisio, discissione à violentia quadam extrinsecus
irruente accidens. Vel erit continui solutio, autore
Guidone Cauliacensi tract. v. cap. i. in osse, non à
qualibet re facta, sed ab ea tantum, quæ cõtundit,
vt vera sit prima solutionis differentia ossis, quod
quadam est incisa, quadam confusa. Quippe morbi
portio quadam est, cum per continui solutionem ita
naturæ mysteria disiunguntur, ac perturbantur, vt
læsio statim appareat, quam pro varia partiũ, vel
membrorum affectorũ positione, denominationem
etiam variare necesse est. In carnosa enim parte
vlcus, sicuti etiam vulnus, in osse fractura, in ner-
uo conuulsio, in vasis & musculis ruptio, ex violen-
to ictu, graui ve casu, vel alio quopiam valente mo-
tu excitata, in ligamento α πόνωσις dicitur. Dif-
ferentiæ verò fracturarũ primariæ duæ tantũ con-
stituuntur, nempe simplices quædã, aliquæ autem,
quæ componũtur: & simplices præterea aliæ sunt,
quæ ossis fracti partes iam penitus diuiserunt, quas
idcirco cauledon, raphanidon, atque etiã sicyedon
factas Græcè dicunt, videlicet ad caulium, rapha-
ni, & fractorum cucumerum speciem, ac similitudi-
nem, si Galeno credendum est, vel auctori græco,
qui libros quatuordecim de medendi methodo in lu-
cem prodidit, sub falso, ac velato quodam Galeni
nomine, vt eiusdemmet auctoris verbis rem patefa-
ctã reddere liquet, libro septimo hoc pacto relata.
Medendi methodon, Eugeniane charissime, quam
olim in Hieronis gratiam scribendam susceperam,
posteaquam illum functum vita intellexi, ipsi quo-
que persequi destitimus. Tu nanque mihi conscius
es,*

Galenus no-
men fictum

Galenus ver-
ba.

Formula glossocomi, instrumenti ad gignen-
dum callos in fracturis idonei, ex
Tagautio desumpta.

